

longissimis, corpore longioribus. Segmentum maris genitale inferne apice longe acuminato-producto, superne tubo anali valde exserto.

**M. scirtetoïdes n. sp.**

Virescens, capite versus apicem striaque transversali verticis, meso et metasternis, femoribus apice tibiisque testaceis, vittis duabus discoidalibus pronoti nec apicem nec basin attingentibus, postice dilatatis, clavo anguloque interiore corii, vitta laterali undulata communi epimerorum pronoti pleurarumque pectoris, antennis et tibiis versus apicem tarsisque fuscis; rostro apice nigro; vertice ( $\sigma^7$ ) oculo duplo latiore; pronoto capite saltem dimidio longiore, basi longitudine fere  $1/4$  angustiore. — Long.,  $\sigma^7$  7 mill.

**3. Megacelum annulicorne n. sp.**

Sordide lurido-flavescens, sat nitidum, superne longius minus dense flavicanti-pubescentis, oculis, limbo postico pronoti, scutello hemielytris obscuris fuscis; scutello gutta media lurido-flava; corio basi paullo pallidioris, macula marginali in tertia apicali parte posita lurido-flava; membrana infusca, venis fuscis; antennis corpore cum hemielytris paullo longioribus, nigro-fuscis, articulo primo toto, secundo annulo latissimo basali ultra medium extenso (ipsa basi nigro-fusca), tertio saltem quarta basali parte quartoque basi latius apiceque anguste flavo-testaceis, articulo primo pronoto fere  $1/4$  brevioris, secundo suturæ clavi aequo longo, duobus ultimis secundo haud tenuioribus, tertio secundo aequo longo, quarto tertio paullo magis duplo brevioris; pedibus pallidius lurido-testaceis, femoribus posticis ante apicem annulis duobus fuscis, tibiis posticis basi tarsisque ipso apice fuscis, tibiis fusco-spinulosis; pronoto apicem versus fortius angustato, lateribus rectis, basi quam apice duplo et dimidio latiore, disco callis exceptis subcoriaceo, creberrime sed obsolete subrugoso-punctato; scutello sublævi; rostro apicem coarum intermediarum paullo superante, apice fusco. — Long.,  $9 \frac{2}{5}$  mill.

Verisimiliter colore sat variabilis, semper tamen structura